Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

defensione confidimus?
accepto pignore salu
tis nullius hostilita
tis arma timeamus? P.
pro salute uiuorum.
Salus populi ego sum
dicit dominus de quacumque
tribulatione clamauerint ad
me exaudiam eos et ero illorum
dominus in perpetuum. Ps. Attendite
popule meus legem meam inclinate
aurem uestram in uerba oris mei.
Pretende domine. Oratio.
famulis et famulabus tuis dexteram cele
stis auxilii; ut et te to
to corde perquirant, et que
digne postulant consequantur. Ad colosenses.
Fratres, Non cessamus
pro uobis orantes et po
stulantes ut impleamini
agnitione uoluntatis dei
in omni sapientia et intellectu
spirituali ut ambuletis di
gne, deo per omnia placentes
in omni opere bono, fructifi
cantes et crescentes in scientia
dei, in omni uirtute confortati

secundum potentiam clarita
tis eius in omni patientia
et longanimitate cum
gaudio; in christo ihesu
domino nostro. Gr. Saluum fac
populum tuum domine et benedic
hereditati tue. V. Ad te domine
clamaui deus meus ne sileas a
me et ero similis descenden
tibus in lacum. Alleluia; Ostende
nobis domine misericordiam tuam et salu
tare tuum da nobis. Iohannem.
In illo tempore, Subleuatis
ihesus oculis in celum dixit,
Pater; quos dedisti mihi
uolo ut ubi ego sum
et illi sint mecum; ut
uideant claritatem meam
quam dedisti mihi, quia dile
xisti me ante mundi con
stitutionem. Pater, iuste mun
dus te non cognouit;
ego autem cognoui te;
et hi cognouerunt quia tu
me misisti. Et notum
feci eis nomen tuum et
notum faciam; ut dile
ctio qua dilexisti me in
ipsis sit, et ego in ipsis.

Offertorium. Populum humilem.